LEO PP X

Dilecti filij salut et aplicam ben. Cum sicut nobis nuper exponi fecistis dilecto filio Marino Caracchiolo ad nra et s.r.e. stipendia, sub dilecto filio nob. viro Juliano Medices
nro secundu carnem germano, militan. statiua sex equoru in oppido isto nro ex ordinatione dilecti filij Simonis Tornaboni nri commissarij gnalis assignata fuerit; Et milites dilecti
filij nobilis viri Francisci Marie Urbini Ducis taxas [illegible] equorum exigere contendant a vobis: sub pretextu q ipi in dco oppido statiua seu taxa duodecim equoru ex
ordinatione aplica exiger tenentur: vosq statiua duodecim equoru in totu stipendiarijs s.r.e. militantibus assignare teneminj: Supplicari nobis humilr fecistis
ut indemnitati vre opportune prouidere dignaremur ne grauiora onera q vobis imposita sint subeatis: Nos huiusmodi supplicationibus vris inclinati harum serie decernimus
et declaramus vos ad solutionem aliqua sub dco duce nullatenus teneri, preterq taxam sex equorum, prout hactenus soluere consueuistis a tpre citra quo
prefato Marino rone stipendij ut supra taxa sex aliorum equorum ibi ad statiua ordinata fuit: Mandan harum serie dilecto filio nro legato siue eius vicelegato
et alijs officialibus istius nre prouincie, qtus si taxa duodecim equorum in totu a vobis persolutam vel ad statiua esse compererit, vos a solutione quarumcumque
taxarum huiusmodi ultra taxam sex equorum sub dco duce liberet et absoluat, nec permittat directe vel indirecte molestari: Breuibus aplicis dco duci directis, obligation
per dcam Ciuitatem stipendiarijs eiusdem fcis, Protestationibus eorundem et alijs contrarijs no obstan quibuscumq. Dat Rome apud Scmpetrum sub anulo piscatoris die xiij
Aprilis M D XV Pont nri anno tertio

Ja. Sadoletus

Dilectis filijs Prioribus et communi

Terre n(ost)re Montis sancti:

Firmes B.R. 1515

Liberatione dalle tasse del pagam(en)to di certi

annui, ridotta a scudi C...

N.° 17.°

p. Marino Caracciolo